



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaë

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XIII. De Accuratione, item de Accurata & perunctoria tractatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

II.

Accipere à nemine inhumanum, passim
vultum. l. solent. 6. §. 3. ff. de offic. proconsul.

CAP. XII.
De Accingendo.

Observandum, posse hunc locum & forte
commodius adhuc referri ad argumentum a
porentia ad actum. Vide Wesenbec. in Panit.
de Spons. n. 7. Alii Dd. tractant in verb. cin-
gendus.

Axioma I.

ACCINGENDUS de proxi-
mo, habetur pro accincto, leg. ex eo
tempore 42. ff. de testam. milit. (ratio-
nem vid. inf. in voce DESTINA-
TUM & in voce FACTUM) Fe-
lin. in c. eam te. 7. n. 17. vers. erat iste ele-
ctus de rescript. Jas. in auct. si qua mu-
lier. n. 23. & seq. C. de sacrosanct. Eccles.
& in l. admonendi, in l. lect. n. 53. vers. ista
tamen regula, ff. si certum petatur. Card.
Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. con-
clus. 83. Thom. de Thomass. in floribus
legum, reg. 231. Alex. cons. 129. Super pri-
mo n. 7. 8. & 9. lib. 7. Anchar. cons. 430.
Fuisse expediens, n. 2. ubi, quod habe-
tur pro dato, quod paratum est ut de-
tur. Joan. de Imola consil. 31. Ad pri-
mum, ubi ait, huiusmodi Axioma pro-
cedere maximè quando agitur de ex-
cludenda fallitate, vel delicto. Roman.
in l. admonendi, 31. n. 49. ff. de iurejur.
Ubi quod de proximo condemnan-
dus habetur pro condemnato, & quod
idem est in absolviendo de proximo,
quia habetur pro absoluto, late Nar-
bona. lib. 20. gl. ff. 21. n. 45. cum seq. tit. 1.
lit. 4. nova recop. Magdalen. de nunc-
retorium in testamento requisito. p. 1. c.
26. n. 14. & 16.

Procedit improprie & fictè, quia ve-
rè de proximo accingendus non habe-
tur pro accincto, & destinatio animi
non revelat, quia imò destinatum non
habetur pro impleto, & res non judi-
catur ab eo, quod erit, sed ab eo, quod
est, & ideo materia est brocardica, ut
dicit Felin. in c. cum adeo 17. n. 4. 5. & 6.
de rescript. Roman. in d. l. admonendi, n.
49. Card. Tusch. d. concl. 83. num. 29. &
maximè ubi agitur de forma, vel pœ-
na incurrenda, vel ubi spes proxima
est fallibilis; tunc enim de proximo
accingendus non habetur pro ac-
cincto, neque actus perficiendus
habetur pro perfecto, Felin. in d.

cap. eam te 7. n. 16. in fin. vers. tamen di-
versis modis limitatur. Card. Tusch.
d. concl. 83. n. 31.

Unde de proximo expellendus non
habetur pro expulso, quin interim
exigat & consequatur fructus posses-
sionis, quam habet, ut per Anchar.
cons. 285. in cep. Tria principaliter, n. 4.
& seq. ubi loquitur in eo, qui solvit Jo-
anni Bentivolo, dum imminebat ex-
pulsio à civitate Bononiæ, quia iusta
fuit exactio, & maximè, quia expulsio
erat dubia, licet proxima ab effectu
subsequuto, refert Card. Tusch. d.
concl. 83. n. 33.

Hinc etiam creandus de proximo
Clericus non potest habere benefici-
um, nisi sit actu Clericus, quantum-
cunque incedat in habitu & censura,
& promoveatur statim, ut per Felin.
in d. c. cum adeo, n. 4. & seq. quia Ordo
debet precedere, Sanchez de Matrim.
lib. 7. disp. 42. num. 14. Gonzal. ad reg. 8.
Cancell. gloss. 2. n. 66. & in beneficiis at-
tenditur capacitas de tempore præ-
sentationis, Mari. Antonin. var. respo-
lor. lib. 1. resol. 19. n. 1. Poterit tamen
patronus de proximo clericandum
præsentare in hunc modum: Præsen-
to Petrum de proximo clericandum,
& peto eum ordinari. Flamin. Paris.
de resignat. benefic. lib. 4. q. 2. n. 5. & 6.
quem sic intelligit Massobr. in praxi
habendi concursus, prælud. 7. dub. 21. n.
86. secundum Roman. impress. quod ego
recipio, si taliter præsentatus, seu po-
tius nominatus, intra tempus ad præ-
sentandum præstitutum Ordines su-
scipiat, de officio, & potestate Episcopi,
part. 3. allegat. 72. n. 78.

Hinc pariter de proximo bannien-
dus non habetur pro bannito, ut pos-
sit offendi vigore statuti, Jas. in d. leg. si
quam mulier. num. 23. C. de sacrosanct. Ec-
cles. quem refert Card. Tusch. d. concl.
183. n. 38.

De Accretione v. in infra Acquisitio.

CAP. XIII.

De Accuratione, item
de Accurata & perfunctoria
tractatione.

Axioma I.

Acta judicialia accuratè sunt tractanda &
cognoscenda, Ernest. Gotb. 1. Resp. 41. n. 2.

II.

Quæ quotidiana sunt & frequenter in pra-
xi usurpata, ea plenius & accuratius veniunt
notanda. l. 25. de lib. leg.

III.

Ea quæ notabiliter fiunt specialiter & diligenter sunt notanda. l. 15. §. 26. de injur.

IV.

Defunctoria tractatio pro nulla habetur arg. l. un. C. Qui nuntiat ubi v. Dn. Bruneman. & Conf. inf. de Imperfectis.

CAP. XIV. De Accusatione.

Axioma I.

Nemo sine accusatore potest condemnari.

Fundatur hæc regula in c. manifesta 15. caus. 2. q. 1. & ibi gl. & in text. expressos c. si quis 31. caus. 23. q. 4. c. ult. caus. 15. q. 8. vers. primum quam Wesenb. de Accusat. n. 3.

Amplia quod idem procedat in actionibus civilibus. l. 3. §. præterea 4. de suspect. tut. Cujac. lib. 1. observat. 53.

Contradicit tamen hæc reg. Duaren. 1. Ann. disp. 38. ubi vulgum interpretum hanc regulam finxisse, nec ullum juris textum, qui hoc dicat, extare ait, imo in contrarium potius jura jussisse, ut malitiosos homines magistratus ex officio nobili inquirant. l. 13. de offic. præsid.

Loco limitationis regulæ distinguem, an vox accusatoris sumatur in sensu latiori & materialiter tantum, ita ut nudam delationem, & quæ loco delationis est, famam publicam comprehendat, & in hac significatione reg. proposita semper maneat vera, prout est elegans locus in cap. 10. de purgat. Can. ibi: Nec illud etiam improbamus, quod licet contra eam nullus accusator legitime appareat: ex officio tuo tamen fama publica deferente voluisti plenius inquirere veritatem: quod si sumatur in sensu stricto & formali, fallit hæc regula in omnibus criminibus maioribus per d. l. 13. de offic. præsid. de purgat. Jeanon.

II.

Invitus nemo cogitur accusare.

Fundamentum hujus regulæ & in Rubr. & l. un. C. Ut nemo agere.

Ampliat ut hoc non tantum in accusatione, sed & in actione civili procedat. d. leg. unica.

Limitatur ratione actionis civilis primò, quod hoc procedat cum demum, si quis suo nomine potest experiri, secus si ex necessitate officii alieno nomine litem movere debeat. l. 2. C. Arb. tut.

Secundò, nisi non solius cui actio competit, sed & tertii alicujus intersit, exempla in jure passim occurrunt. l. 13. §. 30. de Act.

Emr. l. 60. §. 5. loc. cond. l. 3. §. 3. de opt. leg. l. 75. §. proinde. 4. de leg. 1. l. 2. pr. ad l. Rhod. de jact. ubi Cujac. in Paullo lib. 34. ad Edictum.

Ratione accusationis fallit hæc regula, 1. in persona hæredis, qui necem defuncti vindicare cogitur, alias se indignum præstat hæreditate. l. 17. de his quæ ut indig. de jure tamen hodierno contrarium servari docet Clar. §. ult. quæst. 15. vers. item.

2. Fallit in criminibus majoribus & exceptis, quale est crimen læsæ majestatis, seu perduellionis. l. 5. §. 6. C. ad L. Jul. Majest. patricidii l. 6. ad L. Pomp. de Parricid.

Denique limitationis loco sciendum, quod illi, cui potissimum accusatio competit, a iudice non minus quam in causis civilibus per L. diffamari possit terminus constitui, ut sub præjudicio perpetui silentii accusare cogatur. leg. 18. de Accusat.

III.

ACCUSATORE non probante reus absolvitur, etiam quod pro sua innocentia nihil deduxerit, aut probaverit, l. 1. ff. ad Senat. Turpil. l. qui accusare 4. C. de edendo ubi Jas. n. 5. Bolognet n. 1. Curt. Jun. num. 4. Alciat. num. 17. & Purpur. etiam num. 17. c. accusator c. 6. q. 5. Gég. de crimine læsæ majestatis lib. 2. tit. quomodo crimen læsæ majestatis probatur, quæst. 30. n. 1. Burlat. conf. 246. n. 1. Joseph. Ludovic. concl. 14. in 4. ampl. & Perus. decis. 14. Mascard. de probat. concl. 1224. n. 29. Alex. conf. i. Viso processu in princ. & conf. 89. Viso themate, nu. 4. & 5. lib. 3. Roman. conf. 167. n. 3. Clar. §. fin. q. 62. in princ. Card. Tusch. lit. A. concl. 117. à nu. 63. adde infr. de probat. Nam ubi accusator nihil probavit, reus præsumptivè dicitur docuisse de sua innocentia, ex Mascard. d. conclus. 1224. n. 29.

Amplia primò, ut accusatore non probante non solum absolvendus sit reus, sed etiam accusator teneatur ipsi accusato actione injuriarum, secundum Angl. in l. item apud Labeonem 15. §. si quis libellos ff. de injur. quem refert Curt. Senior in repet. l. admonendi 31. n. 356 ff. de jurejur. Roland. d. consil. 90. n. 3. & seq. lib. 3.

Amplia secundò, ut procedat etiam quod reus sit homo nequam, ex allegatis per Joseph. Ludov. d. conclus. 14. in 4. ampliat. Et procedit Axioma sive in causa criminali procedatur per denuntiationem, sive per accusationem, sive per inquisitionem, Alex. consil. 1. in princ. l. 3. Card. Tusch. d. concl. 117. n. 67. sive in causa mixta accusa-